

DE NATURA

superante depeilitur, & interimitur altera. Id scilicet agit agens quod cunq; materia nimisrum, & subiectum in quod agit, occupare; & alterū se ipsum generare in illo, & cōstituere contendit, depulso inde eo, interemptoq; à quo occupatum erat, quodcunq; igitur immutatur, & quodcunq; corrumpitur, in id immutatur, & in id ce- pitur, à quo patitur, & à quo corrumpitur, superantis uidelicet, in mentisq; naturæ subiectum id sit, è quo contrarium elecit, non temere nullāq; occasione, at ob id illud deturbans, ut eo patiat- tur subiecto.

Cap. 2. Tria igitur apparent rerum principia, Materia que pati uidetur, quia ua- rias dispositiones, et uarias suscipit formas, tum contraria que agunt, & suscipiuntur. Materia porro unica, & contraria non plura duobus, satis enim materia una, è qua fiant omnia, & contraria duo age- re, et cōstituere satis omnia. At neque in omnia inuertantur omnia, nisi ab unica omnia effecta sint, constitutaq; oppositione, non siquidem ab alio pati, immutari, aut in aliud uerti potest quicquam, sed à contrario tantum, atq; in contrarium, nec plura unii contraria. In u- na præterea natura, & genere uno, unica tantum Aristotelis testi- monio, prima est oppositio, & neq; plures esse queant, neque enim uel à diuabus simul formis una detineatur materia, uel diuersarū oppo- sitionum quasi per uices materia eadem, aut eius portio subiectum fie- ri unquam queat, quantumvis proxima facta, & imminuta quantum- uis, non siquidem forma, à qua detinetur ab alia, at à contraria tan- tum patiatur, eaq; unica. Quoniam igitur generatilis, naturalisq; sub- stantia, cuius principia querimus, unum genus, et materia una, à duo bus tantum necesse est occupetur & ipsa, detineaturq; primis cōtra- rijs, & eō etiam amplius, quod in illa p̄cipue contrariorum opera- tio generatio, corruptioq; fit maximè, et quod uidere in illa nihil est,

quod

Primo phys.

T. 56.